



# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1858**

LXVIII. Markgraf Hermann bestätigt die Rechte Stendal's für den Fall, daß die Stadt künftig in seinen Besitz kommen sollte, am 24. November 1306.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54890](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54890)

LXVII. Ablassbrief des Bischofs Albert von Halberstadt für die Peterkirche zu Stendal,  
vom 6. Mai 1306.

Albertvs, Dei gracia Halberstadenſis Eccleſie epifcopus, univerſis preſentes viſoris ſeu auditoris ſalutem in filio virginis glorioſe. Quoniam, ut ait Apoſtolus, omnes ante tribunal Chriſti ſtabimus, reddituri de ſingulis rationem, prout in corpore geſſimus, ſive bonum fuerit ſive malum; diem meſſionis extreme oportet nos miſericordie operibus prevenire nunc in terris ſeminando, que miſerante Domino pro eterne ſalutis brevio fructu cum multiplici recolligere valeamus. Igitur nos eccleſiam beati Petri Apoſtoli intra civitatem Stendal pio complectentes affectu atque volentes devotionis Zelo populam Dominicum in Domino plus fervere, omnibus vere penitentibus et confeſſis, qui illic in nativitate Domini, Paſche, pentecoſtes et in quatuor beate Marie Virginis feſtivities, nec non in Apoſtolorum et dedicationis altaris beati Petri in eadem eccleſia diebus cum devotione debita oraturi acceſſerint, ſuaſque ad ſtructuram eccleſie ejuſdem manus porrexerint adjutrices, de omnipotentis Dei clementia et beatorum Petri et Pauli Apoſtolorum ejus meritis confiſſi quadraginta dies et unam carenam de injuncta iſtis penitentia in Domino relaxamus, ratas habentes et gratas omnes indulgentias eidem eccleſie ante ejuſdem translationem extra civitatis predictae muros a venerabilibus patribus noſtris predeceſſoribus Epifcopis nec non aliis Archiepiſcopis et epifcopis conſeſſas preſentibus in nomine Domini confirmamus. Datum Stendal, Anno Domini MCCCVI, Pridie Nonar. May, Pontificatus noſtri anno tertio.

Nach Beckmann's Beſchreibung a. a. O., Sp. 86. Lenz Br. Urk. S. 175.

LXVIII. Markgraf Hermann beſtätigt die Rechte Stendal's für den Fall, daß die Stadt  
künftig in ſeinen Beſitz kommen ſollte, am 24. November 1306.

In nomine ſancte et indiuidue Trinitatis Amen. Hermannus, dei gratia Marchio Brandenburgienſis et de Henneberge, omnibus preſentes literas viſuris ſeu etiam auditoris ſalutem in omnium ſaluatore. Quum ingrata mater erroris obliuio geſta fidelium crebro diluit et annullat, niſi fuerint linguis teſtium vel ſcripturarum beneficiis perhennata; Inde eſt quod ad notitiam tam modernorum quam ſaturorum peruenire cupimus preſentibus publice proſitentes, Nos Burgenſibus ciuitatis Stendale uniuerſis firmiſſime promiſſiſſe, quod ſi jam dicta ciuitas Stendale fortaliſ ſub noſtro dominio redacta ad nos quomodolibet deuolueretur temporibus aſſuturis, quod uniuerſas libertates, quas a cariffimis patribus noſtris, videlicet Ottone, Conrado, Johanne, Waldemaro atque eorum progenitoribus Marchionibus Brandenburgienſibus ſunt adepti, eidem Burgenſibus Stendaliensibus ac poſteris eorundem ſecundum formam priuilegiorum ſuorum, Nos noſtrique ſucceſſores per omnia taliter conſeruare ac tenere perpetuo debeamus atque gratanter velimus eaſdem libertates preſentibus confirmando, utpote noſtri patris predicti iſtis burgenſibus ſuis in literis promiſerunt, quas quidem memorati Burgenſes ſuis litteris et priuilegiis poterunt demonſtrare. Nos quoque aut noſtri ſucceſſoris uniuerſi ſepredictos burgenſes Stendaliensiles atque eorum ſuc-

cessores super dictas libertates aggrauare ullis petitionibus aut importunitatibus perpetuo non debemus nec volumus ullo modo. Si autem contingeret sepedictam civitatem ad nostrum et nostrorum hereditariorum successorum dominium deuolui, quod deus auertat et quod absit, tunc nos et nostri hereditarii successores per nostros milites et vassallos sepedictis burgenlibus pro talibus libertatibus cautionem faciemus condignam et plenarie sufficientem. Vt autem premissa uniuersa eidem inconuulsa perpetuo teneantur, presentes litteras sigilli nostri munimine roboratas ipsis dare iussimus in testimonium et munimen. Actum et datum anno domini millesimo trescentesimo (sexto) in vigilia Katharine, per manum Bartoldi dicti Sloteken, nostre curie Notarii.

Nach dem Originale des Stendalschen Rathesarchives No. 38, worin die Jahreszahl jetzt durch Raufstraß vernichtet ist, während Gercken (Diplom. I, 34) dieselbe noch vollständig gelesen zu haben scheint.

LXIX. Der Rath zu Stendal befreiet einen Garten und gewisse Gebungen, womit Johann von Winzelberg den Marienaltar in der Jacobikirche dotirt hat, von den städtischen Abgaben, am 30. September 1307.

Nos Consules vniuersi Ciuitatis Stendale in Marchia cristi fidelibus vniuersis presentia percepturis Salutem. Quoniam gesta hominum seu gerenda crebrius a memoria cunctorum pereunt, nisi litteralibus instrumentis vel linguis, Testium memorie percipiant firmamentum; Inde est quod ad noticiam tam futurorum quam presentium cupimus peruenire, manifesta recognitione publice profitentes, Quod discretorum nostrorum accedente consilio, ob reuerentiam Dei et diuinum cultum ampliandum, Ortum, qui Henepstat nuncupatur et proprietatem duorum talentorum, quando Consules comparauerint, quibus Dominus Johannes de Rinesberge altare Virginis Marie in Ecclesia beati Jacobi apostoli in Stendale dotauit, a confagittacione et collecta qualibet, quocumque in Civitate colligitur, perpetuis temporibus dimissimus libera et soluta. In huius siquidem libertatis evidenciam ampliorem presentes litteras conscribi iussimus, sigilli nostre Civitatis munimine roboratas. Actum et datum anno Domini Millesimo Trescentesimo Septimo, feria sexta proxima post festum sancti Michabelis archangeli. Presentibus nobis Nicolao de Schadewachten, Hinrico de Ierchowe, Iacobo de Sluden, Henningo Hoieri, Berengero Stormone, Johanne de Calue, Iacobo Slauo, Nicolao Guntero, Eggerdo de Stenuelde, Kristiano parvo, Henningo Ghifonis, Consulibus, atque Ghifelberto de Schadewachten, et ceteris pluribus fide dignis.

Nach dem Orig. im Pfarrarchive der Jacobikirche in Stendal.